



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CXXXV. Das Kloster zum heil. Geist in Salzwedel empfängt eine Schenkung des Priesters Hermann Kron zum ewigen Begängniß seines Gedächtnisses und zur Vertheilung einer Spende den armen alle ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

dictum altare ordinavit et procuravit a principibus terre pro XXVI marcis argenti Stendaliensis et valoris. Nos vero attendentes fidelitatem et deuotionem dicti domini Conradi aliquantulum volentes recompenfare, obligamus nos pro nobis et pro nostris successoribus, quod suus successor quater in anno scilicet Sabbato ante Epiphaniam domini, Sabbato proximo ante festum apostolorum philippi et Jacobi et Sabbato proximo ante festum Symonis et Jude, hac condicione apposita, Quod si in aliquo sabbatorum predictorum aliquod festum solemne occurrerit, extunc in proxima feriat die memoriam dicti domini Conradi ac sui patris et matris et domini weneri predicti memoriam perpetuis temporibus peragat, Ita videlicet, quod suus successor met secundus sacerdos et presbiter vigilijs intersint cum duobus scholaribus, quibus erogabitur sacerdoti solidus et scolaribus solidus pro visitatione sepulcri et pro pulsacione et pro ceteris, que ad memorias tales consueuerint fieri et ordinari. In cuius rei testimonium Sigillum nostre Ciuitatis presentibus est appensum. Datum anno domini M^o. CCC^o. L^o., feria sexta post Reminiscere.

Nach alter Copie im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 32, No. 5.

CXXXV. Das Kloster zum heil. Geist in Salzwedel empfängt eine Schenkung des Priesters Hermann Kron zum ewigen Begängniß seines Gedächtnisses und zur Vertheilung einer Spende den Armen alle Schaltjahr, am 27. März 1350.

Nos henricus, dei gratia prepositus, Johannes, prior, Totusque Conuentus Canonicorum regularium Monasterii Sancti Spiritus prope Soltwedele, Recognoscimus lucide per hoc scriptum, Quod discretus vir Dominus hermannus kron, sacerdos, nobis quinque marcas argenti Stendaliensis et vnum fertonem liberaliter presentauit, quas pro voluntate et ex parte ipsius in quosdam redditus conuertimus, qui distribuendi seu erogandi sunt in cultum diuinum pro remedio et salute animarum sui et suorum progenitorum ac omnium defunctorum fidelium perpetuis temporibus vt patebit. Comparauimus enim nomine ipsius domini hermanni a henningho et boffone, fratribus, dictis Cruceman, Strenuis famulis, viginti quatuor solidos denariorum soltwedelenfis monete in parua wibelisse, quos ad honorem dei vt premititur idem dominus hermannus distribui taliter ordinavit. Cum nos singulis annis prefatorum reddituum suo tempore denarios receperimus, de ipsis decem solidos et sex nummos anno quolibet in deposito referuimus, vsque in annum, qui dicitur bisextilis, quod depositum ipso anno, id est quarto anno, summam duorum talentorum ac solidorum totidem representat. Que duo talenta discretis viris Consulibus, qui pro tempore fuerint antike Ciuitatis saltwedele, presentabimus in bisexto ad stipam, feria secunda proxima post festum beati Mathie apostoli, pro animabus omnium fidelium defunctorum pauperibus eroganda, in subsidium reddituum ad hoc comparatorum, prout in priuilegio super hoc edito lucide continetur. Duos vero solidos reliquos fratribus minoribus erogemus in memoriam omnium fidelium animarum, die et tempore anni ut predicatur bisextilis. Preterea idem dominus hermannus nobis et Ecclesie nostre prefate assignauit, donauit et pure propter deum contulit duos solidos brandeburgenses pro tribus solidis saltwedelenfis et vnum pullum in villa luestede cum XIII solidis residuis et sex denarijs de redditibus in wibelisse memoratis, quos annis singulis possidendo in perpetuum recipiemus in caritatiuam consolacionem, vt ipsius sepedicti domini hermanni ac

suorum progenitorum et omnium defunctorum fidelium anniuersarium et memoriam in solempnijs diuinorum eo fidelius et deuotius peragamus ac eciam in recompensam executionis, qua dictos consules honestos commonitos habeamus, vt dicta sija in anno bisextili eodem tempore, die quo predictur, erogari pauperibus nullatenus negligatur. Si vero dicti redditus in wibelisse aliqualiter, quod deus auertat fuerint imminuti extunc de receptis eorundem reddituum decernit seu decreuit memoratus dominus hermannus vt id per nos aut successores nostros erogetur ad ipsam stipam, quod consciencie nostre dictauerunt erogandum. In cuius facti testimonium presens scriptum inde confectum sigillorum nostrorum munimine firmiter duximus roborandum, sub anno domini M^o. CCC^o. quinquagesimo, sabbato sancto pasche.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwehel, Fach 35, No. 31.

CXXXVI. Der Knappe Ghereke von Kerkow verkauft der Gewandschneidergilbe in Salzwehel mehrere Besitzungen im Dorfe Kerkow, am 9. October 1350.

Ik Ghereke kerkow, knape, bekenne openbare vnde betughe in desme bryue, Dat ik hebbe vorkost vnd ghelaten vnde vorkope vnde late in desme jeghenwardeghen bryue den wifen luden Clawese gödschalkes vnde Arde kleczeken, Ghyldebesteren der wandscniderghylde to soltwedel, In deme dorpe to kerkow den schulten mit alme rechte vnde teeyn schillinghe brandeborghefcher penninghe, alle jar to sunte martins daghe vt sine houe, vnde den verndendel des kerklens vnde des richtes, beyde des hoghesten vnde des sifesten, vppe der strate, in velde, in holte, in watere, in weyde, in wilsche, in ackere gheeret vnde vngheeret; In heyno berndes houe ses soltwedelsche penninghe vnde twe brandeborghefche penninghe vnde den seften del des tegheden; In herman molners houe achte brandeborghefche penninghe vnde ses soltwedelsche pennighe, den dynest van ener houe vnde den haluen tegheden, to der nuth vnde der hand der vorghenumenen wandscnider ghylde ewechliken tobesittende, sunder allerleye hinder vnde ansprake. Vppe dat, dat desse vorsecreuen dingh stede vnde gans gheholden werden, so hebbe ik dessen bryf besegheled to ener groteren betughinghe mit myme ingheseghele. Ghegeuen na godes bord drytteyn hondert Jar In deme vyfteghen Jare, in sunte dyonisijs daghe.

Nach dem Originale im Salzweheler Archive IV, 15.

CXXXVII. Markgraf Ludwig beschenkt den Altar Pauli in der Marienkirche zu Salzwehel, am 21. November 1350.

In nomine etc. Ad vniuersorum — noticiam — volumus peruenire, quod nos Ludewicus — — ob honorem — omnipotentis Dei — — nec non ob illustrum principum Marchionum Brandenburgensium diue recordacionis heredum ac successorum nostrorum — memoriam sempiternam dedimus, damus ac solempni donacione donamus iusto proprietatis titulo altari beati Pauli